



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

De commutatione in æquale. Quis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

At Episcopus, posita dicta consuetudine, jam ex vi ordinaria jurisdictionis acquisita per consuetudinem dispensat, ergo poterunt Regulares: Consuetudo enim dat jurisdictionem ordinariam, ut probat Sanchez lib. 8. de marr. d. 12. n. 4. cum contingat, de foro competenti.

Quid possit fieri circa aliqua vota referuntur Bullam Cruciatæ, vel per Iubileum, insinuatibus mox §. 5. n. 1.

Facta dispensatione, an quis possit redire ad prius votum, dicitur item mox §. 7.

§. V. De commutatione Voti.

Quis commutandi potestatem habeat?

1. **H**abent sine dubio commutandi vota potestatem Primò, omnes Superiores jurisdictione Episcopali potentes, Secundo, omnes Regulares, ut diximus a n. 47. Tertio, omnes Confessarii per Bullam Cruciatæ, vel per Iubileum electi, modo n. 11. mox dicendo.

2. At enim vero: eo ipso, quòd quis potestatem habet dispensandi, censetur habere potestatem commutandi; Respondeo ita, quia quibus conceditur majus, concessum intelligitur & minus in eodem genere rerum: juxta illud: Cui licet, quòd est minus, licet, quòd est minus. Ita Sanch. lib. 4. in dec. c. 49. n. 28. Castro Pal. d. 2. de voto, p. 14. & tr. 25. d. unic. de Bulla Cruc. part. 10.

Quid contra? eo ipso quòd quis commutare potest, potestne dispensare? Respondeo, non ita, quia major potestas nullo modo continetur in minori Sic iidem ibid.

De commutatione in majus.

Quis?

3. Non solum prædicti Superiores, & Privilegiati sed quilibet potest suum votum non reservatum, nec tertio præjudicans, in melius commutare. Ita Navarr. Cou. Sayr. Val. Suar. Sâ, aliique apud Castro Pal. c. de voto, p. 15. n. 2. Ratio est, quia melius bonum Deus acceptat loco minoris, utpotè sibi gratius. Certè id non accidit in hominibus, quibus non eo ipso, quòd aliquid melius est, placet magis. Regulæ autem ad discernendum, quòdnam sit opus melius, videantur infra c. 17. §. 4. n. præsertim 23.

Quæ?

4. Omnia vota præter verè reservata, & præter ea, quæ in utilitatem tertij exissa sunt, & ab eo acceptata, potest quis, in evidenter melius commutare. Ita Navarr. Val. Sayr. Sâ, Suar. Sanch. aliique apud Castr. l. c. d. 2. p. 15. n. 2. Dixi primò (præter reservata) non enim quis, v. g. peregrinationem Romanam sibi in quocumque aliud commutare, ne in aliud quidem reservatum, v. g. castitatem potest. Ratio est, quia eo ipso, quòd votum est reservatum, subditur Superioris arbitrio, & non voventis dispositioni relinquitur. Excipe, nisi commutatio fiat in ingressum Religionis; quia propter summam perfectionem status Religiosi, potest quilibet votum in illum mutari; quam exceptionem fecit Pontifex cap. scripturae, de voto; ibi: Rebus fratri voti non habetur, qui temporale obsequium in perpetuum noscitur ob Religionis obsequium commutare.

5. Dixi secundò præter ea, quæ in utilitatem tertij, & c.) non enim, ex Sayr. Suar. Less. apud Castro Pal. l. c. de voto, n. 2. si quis fortè vovit dare, v. g. pauperi huic determinato elemosynam decem aureorum, ilque acceptaverit, pote in aliquorum sententia in aliud melius opus, v. g. in Missas permutare; quia tunc acquisitum est jus tertio, cui non semper, ut modo dixi, quòd melius est, placet. Dico (in aliquorum sententia): nam ceterum vide, quæ docui c. 7. §. 6. n. 3. & mox infra docbo c. 17. §. 2.

6. Quid, si votum ejusmodi acceptatum non fuerit? Ajo cum iidem, posse commutari, ut ex dictis supra §. 4. n. 29. manifestum est. Nam propterea, si Calicem huic Ecclesiæ pauperi vovisti, nec ipsa, vel ejus Rector, aliisve legitime acceptavit, potes pauperi dare. Ita Sanch. lib. 4. in dec. c. 49. Less. n. 6. Pont. aliique apud Castr. de voto l. c.

Ob quas causas?

7. Nulla causa ad explicatam commutationem in melius desideratur; siquidem, opus ipsum Deo gratius esse, facis causam præbe. Ita Navarr. Sayr. Azor. Laym. Sanch. Suar. aliique loc. cit.

De Commutatione in minus.

Quis, Quæ Vota, Ob quas causas?

8. Nullus, nisi qui potest dispensare propter Vota sine Reservata, live non reservata, in notabiliter minus commutare (enim fit in paulò minus, cum parum pro nihilo reputetur, non minus, sed æquale morale, reputatur). Ratio dicti est clara, quia tunc admiseretur remissio partis voti, æque adè dispensatio. Vnde etiam fit, ut casus ejusmodi commutationis in minus, eadem debeant esse, quæ sunt dispensatione, nempe obstantes executioni voti, ut suo loco supra diximus. Quòd si quis Superior, vel Delegatus ab ipso sine causa votum grave in notabiliter minus commutaret, v. g. jejunium in quinq; & Ave peccaret mortaliter, quia usurparet auctoritatem sibi non concessam, hoc est, potestatem dispensandi sine causa, quòd esse mortale diximus supra §. 4. n. 12.

9. Quid de validitate? Respondeo, Quando commutatio fit in minus auctoritate Prælati, vel Delegati per Bullam, Iubileum, privilegia, etiam nulla subsistente causa, valet commutatio; concipit tamen vovens gravem obligationem supplendi id, quòd deest ad æqualitatem materie subrogatæ cum promissa. Ita Sanch. lib. 4. de voto, cap. 3. 1. Ratio est, quia contractus permutationis, sicut & venditionis, non annullatur ex inæqualitate pretij, vel rei cum re; sed solum est onus supplendi id, quòd ad æqualitatem deest: ita proportionaliter in casu permutationis voti. Eadem ratio idem persuadet, si commutatio in minus sit propria auctoritate; sat enim erit implere, seu habere animam supplendi quòd deest: vel certè ro deat vovens, ad prius votum. Hæc ex Sanchez, cui non in omnibus, consentit Castr. d. 2. de voto, p. 17.

De Commutatione in æquale.

Quæ?

10. Constat ex dictis Episcopos, Episcoporumque jurisdictione potentes, item Religiosos ex privilegio, posse etiam extra confessionem commutare vota non reservata in æquale, vel ex modò dictis n. 8. in quasi æquale.

11. Eadem etiam extra Confessionem, facultate potitur Confessarius electus virtute Bullæ Cruciatæ; vel Iubilæi: Verba Bullæ hæc sunt: Possum eligere Confessionem, & c. & illis vota omnia, (ultramarino Castr. ratis, & Religionis dumtaxat exceptis) in aliquod subsidium hujus expeditionis per eundem Confessionem commutari possunt. Verba Iubilæi: Possum approbato Presbyteros eligere qui valeant vota quocumque ab eis emissa (Castitatis, & Religionis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare. Ex quibus verbis vides ad dandam licentiam petendū debitum ei, qui cum castitatis voto matrimonium contraxit non se extendere, nec Cruciatam, nec Iubilæum: quia ea licentia esset partialis dispensatio voti facti castitatis, quòd hic excipitur.

An elemosyna data ob Bullam Cruciatæ, & an privilegium ipsum Iubilæi, faciant, ut commutatio votorum licite, vel valide fiat in minus, similia; pertinent ad tractationem de Bulla, & de Iubileo.

12. Iam verò, an quilibet propria auctoritate possit votum utique non reservatum in æquale sibi commutare, celebris est questio: Negat Suar. lib. 5. de voto, cap. 19. n. 1. Sanch. l. 4. in dec. c. 43. n. 12. alios citans, quibus addit Castr. de voto, p. 15. n. 5. & communior sententia; quia quamvis opus subrogatum sit æquale operi promissio per votum: at eo ipso, quòd hoc promissum, melius est, quam non promissum; ergo, si tunc quis commutaret, convin

committeretur commutare in minus, quod non posse, modo n. s. diximus.

13. Affirmat Henriquez, lib. 5. do pœu. cap. 20. n. 5. & de indul. c. 30. n. 5. Manucl. tom. 3. summa. c. 100. n. 4. de iuris. alique apud Sanch. l. c. n. 19. quia si materia est eadem, non potest Deo non esse æqualiter

14. Vraque sententia est probabilis: mihi autem probabilior apparet affirmativa: nam etiam homini per æquale satisficit debitor si ipse invitus non est: at invitum in opere æqualiter bono, satis ob suam benignitatem præsumere debemus, & ad argumentum contrarium, respondemus, negando melius esse, quoad substantiam opus promissum, esto, quoad promissionem substantiam, sed quia ob benignitatem Dei jam satisfacti potest esse, quoad substantiam æquale, illa ratio promissionis operis, quoad substantiam, non est ejus habenda amplius ratio: tunc, si non est ejus habenda amplius ratio, tunc, si non est

15. Vnum tamen per diligenter adverte, non ratio tibi videtur æqualem materiam voto subrogandam; quod non est, quia bene circumstantias non expendis. Promissisti enim servum Ecclesie, filium hunc Religioni, Calicem autem non est æquale, si des des pro servo pretium etiam valde excedens, si offeras alium filium, si largias Calicem vestis pretij, quam fuerit promissum: quia poterit indivisibile ille servus, filius, calix aliquid utilitatis, vel æstimationis, per quod hic, & nunc eligibiliores, quam quodcumque aliud.

16. Rectè denique notant Doctores, ne fallamur in subrogando materiam æqualem voto, semper consulendum esse, ut aliquantò plus subrogatur: non solum quando propria autoritate commutatur votum; verum etiam quando id ex jurisdictione Superioris, nullam admittente volentis dispensationem exhibetur. Nihilominus pro Superioribus, & privilegiatis, adest aliqua major benignitas, quam mox leges n. 20.

Quæ vota?

17. Non modo vota non reservata: verum etiam reservata, deficientia in aliquo, ut conditionalia; penam, & similia supra §. 4. n. 32. dicta. Item omnia vota facta in favorem tertij, sed nondum accepta, commutari in æquale à prædictis Episcopis, Religiosis, electis ex Bulla vel Bullæ Confessariis, possunt Ita DD. c. lit. B. adde Ludov. à Cruce de Bull. Cruc. d. 1. c. 6. d. ult.

De commutatione voti jura dixi, cum de commutatione paramenti: lege etiam Ludovicum à Cruce in explicatione Bullæ Cruc. d. 1. c. 6. d. 5.

Ob quas causas?

18. In nostra sententia (quidquid sit in alia) in qua potest quis propria autoritate voti sibi commutare invidenter æquale, causam satis levem requirit. Ita Henricus alios quos citat, & sequitur Lud. à Cruce in expositione Bullæ Cruc. d. 1. c. 6. d. 4. n. 4. Ratio est: quia ipsi opus subrogandum esse Deo æque gratum, valde sufficiens est. Adde remanere idem vinculum, licet translatum in re subrogata. Quare solum levis aliqua causa tunc requiritur, ne imprudenter motes propositum: sufficere autem pro causa; quod illius votum per materiam à te subrogandam implebitur, mihi certum est, propter rationem n. seq. afferendam.

19. Dicit: ergo pari modo; quando votum: sive per Episcopum, sive per Bullam, &c. commutatur in æquale, levis sufficit causa. Respondeo, ita profecto; nam propterea sufficiens esse causam, putant Doctores apud Sanch. l. c. 30. n. 13, si commutationem quis petat,

sperans alacrius rem subrogatam executurus; id enim benignitatem Dei commendat, allicique fides ad promptius votendum.

20. Dicitur est (inevidenter æquale) nam apponendum est discrimen inter potestatem, quam habet hac in re superior, sive Ordinarius, sive delegatus, ab ea, quæ diximus, ipsiusmet privati uti posse: Superior enim, vel electus per privilegium potest commutare in aliquantùm minus; at verò ipse privatus invidenter æquale, sed certe moraliter, hoc est, prudenti judicio æquale, quis enim actionibus possit, quænam sint æqualia, vel inæqualia metaphisicè deliberare? Ratio discriminis est, quia si privatus posset (ut certè ex nostra sententia potest) commutare votum in æquale, & Superior, vel per Bullam electus non posset in aliquantùm minus, ad nihil inferiret Superioris jurisdictione, posset enim superior solum id, quod ex se jam habet ipse privatus vovens: Ut sit igitur proficua jurisdictione, & ut vovente cleventur non nihil à Superiore, & à privilegiis dictis poterunt ab his in aliquantùm minus eorum vota commutari. Vide quæ dixi c. 7. §. 4. n. 8.

§. VI. Praxis æquivalenti servanda in commutatione Votorum.

1. Oportet est suo momento expendere æqualitatem, vel quasi æqualitatem, quæ inter materiam voto promissam, & subrogandam intercedere in commutatione debet: nam propterea, ut supra §. 5. n. 16 innui, consilium præbent Doctores, ut ad securitatem conscientie semper ea fiat in aliquantò saltem majus. Regula autem hujus rei certio dari nequit, quam prudens arbitrium Confessarij, qui omnibus circumstantiis expensis, æqualitatem, vel quasi in Domino constituat, Has autem ut expendas, hæc, quæ fuse habes apud Doctores breviter sic habe.

2. Primò, materiæ voti gravitas est ex se præscindendo à vinculo, voti consideranda: sic Sanch. lib. 4. m. dec. cap. 56. Ratio est, quia in commutatione vinculum voti remanet, & solum transfertur in opus subrogatum: quare, cum non sit illud relaxandum, non erit opus hic illud in lancem inducere. Non sic in dispensatione, in qua vinculum voti omnino tollitur.

3. Secundò, non est spectanda sola excellentia virtutis, quam habet materia subroganda, ita ut melior sit commutatio, quæ fiat in excellentiorem virtutis actum; sed est melius ipsi voventi hic, & nunc quod seu pro tempore, loco, dispositione ipsius.

Si flagellationem, v.g. ad mandam carnem vovisti, melius erit, si illud commutes in jejunia, quam in Orationes: quia jejunium magis, quam oratio, licet hæc sit excellentior actus, ad carnis mortificationem conducit. Ideo in frequentiam Sacramentorum omnia vota commutari regulariter consilium esto; quia Sacramenta ad bonum voventis melius, quam opera cætera, sunt utilia.

4. Tertio, expende item difficultatem implendi rem promissam, rem subrogandam; & in Peregrinatione pericula, laborem, expensaque proprias providendo, & redeundo faciendas; quæ quidem expensæ ex probabiliori sententia cadunt intra votum peregrinandi, nisi expressè excluseris, vel nisi mendicando ire promiseris.

Quarto, commutatio, licet convenientissimum sit, non tamen est necesse, ut fiat in favorem ejus Sancti, vel Ecclesie, cui factum est votum, quia supponimus promissionem ab ea Ecclesia nondum acceptatam legitime fuisse.

5. Quintò, non est opus, ut votum personale commutetur in actionem personalem, vel reale in realem, neque ut actio subroganda sit æqualis in duratione, vel numero, vel ut certo die fiat; possunt enim hæc aliud compensari.

6. Sextò, quando dilatio nihil minus de voto, nec multum interest implere votum die destinata, modica commuta